



2
1793,3
A4

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE

NOXA
FASCIARUM INFANTUM

IMPRIMIS

QUOAD GENITALIA

QVAM

SVMMI NVMINIS AVSPICIIS
CONSENTIENTE GRATIOSO MEDICORVM
ORDINE

IN ACADEMIA REGIA FRIDERICO-ALEXANDRINA

PRO SVMMIS

IN MEDICINA HONORIBVS

AC PRIVILEGIIS

RITE IMPETRANDIS

DEFENDET

AVTOR

IUSTUS HENRICUS WIGAND

REVALIA EHSTONVS

DIE APRIL. C¹CC²LXXXI³IIII

ERLANGAE

TYPIS HILPERTIANIS

ZUMM A. ETIENNOVANE CITTATIVELLE

MOTYNTA IN VENETIA

ETIENNOVANE CITTATIVELLE

T

OPT.

12

VIRO

PRAECELENTISSIMO AMORE

DIGNISSIMO

THOMAE BLVHM

AVGVSTISS. RUSSOR. IMPERATRICIS

CONSILIARIO AVLICO

AVVNCVLO

OPTIMO, SVMMA MENTIS RELIGIONE

COLENDO

HASCE STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS

IN GRATISSIMAE MENTIS

TESTIMONIVM

SACRAS ESSE VOLVIT

AUTOR.

OTIV

TECHNISCHE UNIVERSITÄT
DRESDEN

THOMAS BIRKHAM

AVANTAGE. BORN
COLINA. CONVENTUS.

AVAMCAPIO

EMPOLENS CISTERNA. ANKAE. CHILO
CILIA.

BALTIMORE. MUSON. MUSOLOV. STRELZ

ETATUM. MAMICERIT. XI. CHALMOS.

MUNICIPALITAT.

TITUL. SOHN. CAROLAS

AUTOR

¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶.

¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶. ¶.

PROOEMIVM.

Ex longo jam tempore multi, iique praeclarci viri herculeum fusceperunt laborem, omnia, quae in educationis infantum, quatenus corpus spectat, methodo adhuc restabant inutilia, immo noxia, exstirpandi, parentes atque educatores opinionibus praejudicatis liberandi, veramque viam iis monstrandi, qua efficere possent, ut infantes ad sanos ac robustos homines adolescerent. Hoc igitur confilio, multa a nostrae aetatis scriptoribus sunt repudiata, antea maxime necessaria visa; v. c. cunarum usus, regimen calidum, braccae et cet, praecipue vero infantorum fasciatio. Hanc materiam

A 3

quam.

quamvis copiose tractavissent hi scriptores,
mox tamen inveni, involutionis noxios ef-
fectus in partes neonati genitales, haud
fatis expositas, ac nondum parentibus viam
indicatam esse definitam, qua incedere de-
beant. Diu jam haesitans, quodnam dis-
sertationis meae inauguralis eligerem thema,
tandem hancce materiam amplecti, ac quan-
tum virium mearum tenuitas permettit,
pertractare apud me constitui. — Jucundis-
fima me tenet spes, has meas primitias ei-
humanitate ac indulgentia exceptum iri,
quam tironi a viris, aequitate notis, petere
fas est.

... illi studi operari. Inquit, si dico
hunc genus te quidam videntur non tam
dissimilares, sed etiam similes esse.
... et respondebat ea prope
affinis erit, quod in aliis videntur
omnium genitum, responsum quod etiam
in aliis, cum nesciamus, a v. v. v. v. v. v.
conveniat, non te censuerit, quod in omni
materiam certe obiectum capitum.

CAPUT

CAPUT I.

Simulac foetus in lucem editus , simulac
in ligatione [funiculi ^{a)}] umbilicalis omnes
cautelae abhibitae sunt; simulac aqua tepida
infans ablatus est; tunc infantis corpuscu-
lum , linteis ac pulvillis , et haec iterum
vinculo laneo arcte circumdare solent ^{b)} ob-
stetrics. Non disquiram , an haec infantum
involutio , et quomodo ac quantopere nocere
possit

^{a)} Cautelae quaedam in funiculi ligatione obser-
vandae inveniuntur in UNZERS Medicinischen
Handbuche . Leipzig , 1789. pag. 88 sq.

^{b)} FAUST wie der Geschlechtstrieb der Menschen
in Ordnung zu bringen &c. Braunschweig , 1791.
pag. 42.



possit toti corporis structurae \diamond), sed ea
solum contemplabor momenta, quibus in-
fantum genitalibus noxa fieri potest.

§. I.

Ultimo graviditatis mense, vel paulo post
partum, in infante masculo testiculi ex ab-
domine per annulum abdominalem in scro-
tum descendunt \diamond). Hi testes, diu affueti

\diamond) vid. I. H. MÜLLER über einige Fehler der
körperlichen Erziehung der Kinder, Erlang, 1790.

p. 74.

B. CH. FAUST I. c. p. 42.

D. C. W. HUFELAND über die wesentl.
Vorzäge der Inoculation &c. &c., Leipzig, 1793.

p. 212.

UNZER I. c. pag. 34.

CAMPENS Revisionwerk VII Tb. p. 558.

\diamond) HALLERI elem. Physiol. tom. VII. p. I.
p. 413.

ill.

ad blandam elasitatem aeris interni abdominalis, et ad lenem pressionem viscerum circumiacentium; — subito nunc pressionem linteis, interdum fatis crassi, quod ad excipiendas fortes femoribus circumvolvi solet, tolerare debent. An non haec permutatio subita lenioris pressionis in duriorem, testiculis tenuibus nocebit? ac dolorem e) efficiet? praecipue, quum satis constet, infantes recens natos, fasciis involutos, subinde corporis motu, circumactio et torsione eo anniti, ut a compedibus se liberent; hoc

A 5

ill. BLUMENBACH inst. Physiol. §. 508.
De corum situ vid. BELLIS Lehrbegriff der
Wundärzneykunß, Leipzig, 1791, I Th. p. 201 sq.

e) GREGORY Übericht der theoretischen Arznei-
wissenschaft I Th. p. 86. —

Pressio linteorum saepissime quoque est causa
vagitus et clamoris infantum. vid. CAMPY, I, c,
II, Th. p. 399.

autem nisu, saepius repetito, cum primis
genitalium regionem adfici, ibique frictio-
nem esse maximam. Partim hac frictione,
partim faecibus, infante vigilante facile irri-
tantur partes genitales, huc alliciuntur hu-
mores, ac inde oritur nimia vasorum,
forte etiam nervorum, dilatatio atque exten-
sio. Sub infantis somno, frictio, affluxus
et extensio remittunt; nonne tunc, ut ean-
dem rem in aliis corporis partibus experi-
mur, relaxatio et debilitas sequi debent?
Haec relaxatio, quamvis ab initio minimi-
fit momenti, variorum tamen malorum fons
fieri potest. Tumores enim testium, pneu-
matocèle, nymphocele aliaque mala, haud
raro inde derivari posse videntur. Non quidem
est negandum, motum corporis iusto par-
ciorem damnosum esse infantibus f), ilisque

fre-

f) SALZMANN über die heimlichen Sünden der
Jugend, Leipzig, 1787, p. 184.

frequentem corporis motum, et parum quietis esse concedendum ^{g)}). At hic motus debet esse omnino liber.

§. 2.

Genitalia fasciis inclusa, aeris influxus jusque vi benefica ^{b)} omnino carent. Aer tempe permultum facit ad corporis incrementum et robur partium ⁱ⁾, praecipue extremitatum. Ejus pressio externa efficit,

ut

^{g)} Nebenstunden eines Vaters, dem Unterrichte seiner Tochter gewidmet von I. I. EBERT, Leipzig, 1790, p. 247.

^{b)} v. UNZER l. c. p. 46—57.

TISSOT Anleitung für das Landvolk etc.
Ueberf. v. HIRZEL M. D. Zürich, 1785.

§. 399.

FAUST l. c. p. 46.

ⁱ⁾ FAUST l. c. pag. 50—51.

ut in fluidorum solidorumque actione et
reactione optimum servetur aequilibrium ^{k)},
attritus orientur necessarii, et secreciones
ac excretiones a natura praescriptae facilili-
tentur ^{l)}. His commodis carent infantes
fasciis involuti; e contrario, in primis quoad
genitalia, continuo vaporis balneo expositi
funt, quod partes teneras et molles, calore
suo, extendit ^{m)} et debilitat ⁿ⁾, partes hu-

morum

^{k)} vid. ERXLEBENS *Naturlebre &c.* Göttingen,
1791. pag. 191 sq.

FOURCROY *Handbuch der Naturgeschichte
und Chemie.* Erfurt, 1788. I Band p. 232.

ARBEUTHNOT sur les effets de l'air &c.

^{l)} De utilitate aeris in infantum educatione vid.
quaque CAMPE I. c. B. VII. p. 126.

^{m)} ZIMMERMANN von der Erfahrung &c.
Zürich, 1787. p. 360.

FOURCROY I. c. I B. pag. 179.

ⁿ⁾ CAMPE I. c. VI. Th. p. 109.

morum volatiles dissipat, urinam et sudorem
in putredinem convertit, nervosque laedit. —

Et hypothesis illa si vera sit, materiam
nerveam esse electricam, in nostro corpore
vel explicatam, vel excitatam aut separa-
tam ^{o)}, tunc vaporibus his, fasciis inclusis,
ejus derivatio ^{p)} augetur; et tali modo
jam a primis annis materia nervea, ele-
mentum geniturae sane primarium, adsuevit
magis ad continuum per genitalium cutem
transfutum, quam ad necessariam in testiculi
vasis tenerrimis moram.

§. 3.

^{o)} conf. HALLERI elem. Phyiol. tom. IV. p.
378 sqq.

^{p)} vld. ERXLEBEN l. c. p. 452. §. 805. not.
lin. 3.

§. 3.

Tertium, quod ex fasciarum usu infantes capere solent, detrimentum, est neglectus, cuius causa esse solet, mundationis ^{g)} frequentis et ablutionis urinae acris faecumque alvinarum, quae cum linteo, quo excipiuntur, frequentissime a loco primo in antican abdominis partem moventur atque infantes umbilico tenus conspurcant. Ex more bis aut ter de die curatrices vinculis solvunt infantem, nec facile per reliquum diei spatium inquirunt, anne novae accesserint fordes, partes genitales irrititare. Interim aciores fiunt urina ac faeces, earum pars resorbetur ^{r),} cum humoribus commiscetur,

prima*

^{g)} CAMPE l. c. IV. Band p. 212 — VII. B.
p. 116.

^{r)} HUFELAND l. c. p. 194 et 248.
MÜLLER l. c. p. 42 — 46.

Primaque sit causa diatheseos humorum ^{a)}
morbosae. Minima, quae ex neglecta geni-
talium mundatione oriuntur mala, sunt

1) pruritus urens ⁱ⁾, et levis inflamma-
tio cutanea ⁱⁱ⁾, quae quidem facile
tolli potest, cuius vero effectus pos-
sunt esse pessimi, in testiculos teneros,
funiculum spermaticum et glandulas
inguinales.

2) pervigilium ⁱⁱⁱ⁾,

3) ab

4) HUFELAND l. c. p. 241.

5) CHAMBON DE MONTAUX *Abhandlung von
den Krankheiten unverheiratheter Frauenzimmer,*
Nürnberg und Leipzig, 1787. p. 305.

GAUBIUS *Aufanggründe der Pathologie,*
Berlin, 1784. §. 679.

6) LORRY *Abhandlung von den Krankheiten der
Haut* p. 51.

7) GAUBIUS l. c. §. 758, lin. 10.

3) ab una parte, lintei quod substernitur, mador et calor, quo scrotum foveatur, et quo testiculi relaxantur — ab altera vero acrimonia urinae, quae certe tamquam materia irritans et contrahens in partes agit. Nonne haec actiones, sibi contrariae, tonum testiculi ejusque vasorum, imminuere, et, futuro tempore, secretioni semenis officere possent?

4) In sexu sequiori urina quoque nanciscunt spatium genitalia arrodendi.

§. 4.

Quartum detrimentum, quod ex fasciacione capiunt infantes, est refrigeratio³⁾

³⁾ Hac cum refrigeratione species quaedam terro ris conjuncta est, de cuius sequelis vid. PLATNERI neue Anthropologie für Aerzte und Wellenwölfe &c. 1 Br Leipzig 1790. p. 660. §. 1458 etc.

partium genitalium, aere cubiculi, aqua,
qua infantes abluuntur, potissimum vero
urina in fasciis latente, nocturno tempore
frigescente z), facta. Transpiratione par-
tium, per tempore continuum, aucta, et
vasis eadem de causa tantum extensis, ut
particulae laticis acris transire nunc possint
facilius, quam vasis lumen naturale antea

per-

z) Refrigerationem nocturnam extremitatum infer-
iorum causam fieri posse hydrocephali infantum,
ingeniose suspicatus est illuстр. D.
Herrmannus BLUHM in libro suo: *Ver-
such einer Beschreibung der häufigesten in
Reval herrschenden Krankheiten.* Marb. 1790. p.
159. Antea tria exempla enarravit, ubi cor-
poris refrigeratio fiebat letalis. Si corporis to-
tius subito suppressa transpiratio tanta efficere
potest: jure quoque a refrigeratione genitalium,
partium quidem corporis parvarum, sed maxime
sensibilium, aliquid meuendum est.

B

permisisset — subito a curatricibus fasciae
aperiuntur, partes genitales tenerae aut
aeri frigido aut frigidae aquae exponuntur,
in quam spongia ad mundationem destinata,
intingitur. Aeris et aquae frigus partium
contraktionem efficere satis notum est, et
hic efficit, ut infans inde habeat sensum in-
gratum, ut acrimoniae subtile sub cuticula
remaneant, et postea epidermidem intus
quasi rodant, et totam genitalium partium
circumferentiam excorient. Quae nunc
enarravi, mihi jam saepe causa fuisse viden-
tur inflammationis ac tumorum tunicatorum
scroti et nympharum.

§. 5.

Quintum detrimentum oritur ex sym-
pathia systematis uropoei ejusque ductuum ex-
cretiorum cum pulmonibus. Si nempe,
ob consensem cum partibus genitalibus ex-
ter-

termis, internae quoque debilitantur ^{a)} — nonne haec debilitatio per sympathiam debilitatem pulmonum producere possit? Forsan hic latet causarum remotarum aliqua constitutionis pituitosae pulmonum, affectuum catarrhalium tam saepe invadentium, ac phthiseos ipsius, nostra aetate frequentissimae. Quorum genitalia, externa ac interna, aut per nimium coitum, aut per morbos chronicos, venereo, seu alios, debilitata sunt, maxime, ut experientia docet, laborant catarrhis laryngis et pulmonum, vocem claram perdunt, matutino tempore semper multum pituitae ejiciunt, omniq[ue] tempore aliquid iis haeret in saucibus.

§. 6.

Sextum denique detrimentum provenit a frictione linteorum, ex rariori mundatione,

B 2 sicuti

^{a)} HUFELAND I. c. p. 242.

sicuti ex irritatione, quam urina ac faeces
eo diutius efficiunt, quo diutius circa par-
tes genitales haerent; et consistit in affluxu
humorum majore, ad has partes, jam inde ab
aetate infantili ad genitalia facto, unde praema-
ture germinant instinctus sexus b), iisque jun-
ctae ideae, quae ansam praebent onaniae c),
quod crimen permulta jam fortia corpora
destruxit. Hac de re TISSOT, CAMPE,
SALZMANN, BAUER aliique copiose
differuerunt.

CAPUT II.

§. 7.

Quamvis fasciae multum, ut nunc vidi-
mus, detrimenti genitalibus infantum ad-
ferre

b) CAMPE l. c. IV. B. p. 551.

c) Philanthropinisches Journal. Laibgang 1779.

CAMPE l. c. I. Th. p. 428. — VI. Th. p.

145. — VII Th. p. 58 et 590.

ferre possint; tamen nec utile est, nec nostris temporibus fieri potest, ut fasciae plane aboleantur, quum infanti debili iis opus sit ^{a)}, partim ob articulorum tenerorum metuendam luxationem, partim ob continuam attentionem, quae infantibus, si absque impedimento in quoscumque motus ruere possent, adhiberi deberet, quaeque saepissime, praeципue noctu, parentibus, curatricibus ac nutricibus nimis futura esset molesta. Quum itaque infantes involvi debeat, consilia in medium proferre animus est, quae si parentes iisque, qui curam educationis infantum gerunt, sequentur, damae fasciis in hos redundantia, si non omnino tolli, tamen minui posse spero ac confido.

§. 8.

Lintea, quibus infantes involvi, quaeque iis substerni possunt, mollia ac detrita

B 3

effe

^{a)} UNZER l. c. p. 34.

eces
par-
luxu
de ab
ema-
jun-
(),
pora
PE,
piole

vidi-
ad-
ferre

h. P.

esse debent; ut eorum in genitalia pressio
fit quam lenissima. Curandum quoque est,
ut, si crura infantis, ut nonnullorum po-
pulorum septentrionalium mos est, fascia
peculiari obvolvuntur, omnia linta parum
corrugentur ^{e).}

§. 8.

Per tres solum, aut ad summum quatuor
horas infans vigilans fasciis convolutus
esse debet: et quidem eo tempore, quo in-
fantis curae minimum vacare potest mater
aut curatrix. Infantulum sanum primis vitae
suae annis plus dormire quam vigilare, satis
notum est. Illi opus sunt fere duo trientes
nychthemeris, ad refectionem et recreatio-
nem ab usu muscularum, organorum vocis,
digestionis aliorumque. Per octo igitur
horas

^{e)} ROSENSTEIN *Anweisung zur Kenntniß
und Cur der Kinderkrankheiten.* (v. MURRAY)
Göttingen, 1785. p. 18.

horas circiter infans solummodo quotidie
vigilat seque movet; quare venia ei est con-
cedenda, ut, quantum fieri potest, libere
et absque multis impedimentis se movere pos-
sit. Refringendus itaque est usus fasciarum,
et infantibus de die plus temporis spatiique,
musculos libere *f)* movendi, concedendus;
ut, hoc motu fatigati, somnum capiant *g)*
eo placidiorem. Fasciis enim nimium con-

B 4

stricti,

f) Tamen hunc muscularum motum liberum per
totum diem infantibus concedere fas non est,
quum inde sueci corporis optimi dissipentur,
sudor exciteatur, et infans defatigetur. De effe-
ctibus noxiis contentionis ac fatigationis vid.
GREGORY l. c. II Th. §. 1105. **UNZER**
l. c. p. 767 — 929. **TISSOT** *Auleitung für*
das Landvolk §. 398. **GABE**, l. c. §. 520.

g) **HALLERI** prim. lin. *Phyiol.* §. 385 et 418.
GREGORY l. c. I. B. §. 385 — 388. II. B.
§. 1096.

stricti, noctu parum dormiunt, matribusque noctes reddunt insomnes. Supra infantes dixi illo diei tempore praecipue involvens eos, quo minime cum illis occupari potest mater. Iis enim momentis, ubi cum illis jocatur et ludit, et hilaritatem ac laetitiam excitandi causa, illis res lusoriae et crepundia objicit, infantulum multis variis motibus hilaritatem suam ostendere conantem fasciis inclusum tenere, immite et proptermodum crudele esse videtur.

§. 10.

Per reliquas diei ac vigiliarum horas, infans, fasciis omnino solutis, vel, in aere moderate calido, conclavis pavimento ^{b)} five tabulis, stragulis laneis tectis,

in

^{b)} In culcitis plumeis jacere non debent. vid.

CAMPE Revision VI B. p. 73 — 74 — 144. VII

B. p. 301. IX B. p. 69. Not. 2. v. CAMPE.

in quibus se circumvolvere et reptare potest, imponendus, vel, si hoc, aere subfrigido, propter metum refrigerationis fieri nequeat, lectulo imponendus est. Hic vero infantulo pulvinulus ⁱ⁾, et quidem sic super im-

ⁱ⁾ Pulvinulus ita levis esse debet, ut nutrices a curatrices ab infantis suffocatione tutae esse possint. Hic mentionem facere mihi licet de multis infantum suffocationibus, quae involutioni sicut pulvinulus tribui possunt. Infans liber, non involutus, a pulvinulo aut alio corpore ^{*)} casu superjecto anxius ac cruciatus, hoc onere facilis liberare se, vel saltem torsione, circumjectione pedum, sublatione brachiorum, luctatione ac pulsatione curatrices citius attentas facere potest ad periculum sibi imminentem, quam, fasciis incarceratus, urpote qui capire solo hoc efficere posset &c. Nonne jam, hoc solo respectu, infantum involutio dissuadenda est?

^{*)} vid. LUDWIGS *Anleitung zur rechtlichen Arzneykunde*. Leipzig, 1779, p. 263.

imponendus est, ut aer atmosphaericus pulvinulum et totum corpus, praecipue vero genitalia, accedere possit, et artibus motus liber sit. Mea sententia optime id peragi potest, si duo pulvinuli angulos sibi oppositos, in utrisque lectuli aut cunarum ^{k)} lateribus transverse sic adligas, ut spatium restet inter pulvinulum illum et corpus subter jacentis infantis. Huic confilio opponi potest, conclavis aerem, praecipue hyeme, ac in parentum pauperiorum casis, frigidorem justo esse, ideoque maxime distare a tempore uteri, domicili neonati praecedentis; pedesque infantorum sensibiles nunquam aeri

^{k)} vid. ROSENSTEINII descriptionem cunarum suecicarum pannosarum, in *Göttingischen Unterhandlungen vom Jahre 1769.* 101. St. — et harum cunarum structuram ac figuram, in KNUD LEEM Beskrivelse over Finnmarkens Lapper 1767.
37 Tab.

pul-
vero
notus
eragi
posi-
) la-
tium
sub-
poni
eme,
frigi-
are ³
ntis;
uam
aeri
arum
and-
cu-
7 E M
767.

aeri exponendos esse ¹⁾), cum inde semper clamare incipient, facileque in morbum incident. Dubia haec observationibus sequentibus tollam :

- 1) Omne animal vivum, aeri expositum, peculiarem habet circa corpus suum atmosphaeram, quae originem dicit e transpiratione cutis insensibili, et permultum confert ad corpus externe calefaciendum, nisi locus mutetur.
- 2) Corpus humanum certe melius se habet in aere frigidiore quam calidiore, multoque facilis adsuecit illi quam huic. Septentrionis incolae diutius vivunt ac robustiores sunt iis, qui sub aequatore nascuntur; et tamen infantes a prima jam aetate aeri atmosphaericо adsuecunt.

3) In-

1) UNZER l. c. p. 48. lin. 3.

- 3) Infantes Russorum recens nati in baptimate, Decembri, Ianuario ac Februario, aqua maris frigidissima submerguntur, inde vero tantum damni non capiunt, quantum nonnulli scriptores existimaverunt.
- 4) Sensibilitatis pedum, quam in infantibus observamus, causa, jure in calore fasciarum ponit potest. Novi enim multos infantes, quorum pedes, in fasciis solutis ac explicatis, per totum fere diem expositi fuerunt aeri haud raro frigidissimo, et qui tamen semper sani permanerunt. Experientia nos quoque docuit, homines, qui a pueritia nunquam pedibus parcerunt, omnique tempestati illos exposuerunt, parum in vita proiectiori istis morbis laborare, qui a pedum refrigeratione plerumque oriri solent; v. c. dolore capititis, angina inflammatoria, ophthalmia, retentione mensium, febre ephemera, aliisque pluribus.

§. II.

§. II.

Simulac cognoscatur, infantem se conspurcasse, urina ac faeces, spongia aquae tepidae immersa, removenda sunt. Aqua frigida hic non convenit, cum non satis penetret in cutem, et immunditiem haud eluat,

Quoties de die balneum totius corporis fit instituendum, et an aqua calida aut frigida ad hoc balneum ^{m)} sit sumenda — de his

^{m)} De methodo, balneum in infantibus neonatis instituendi, egregie nuperime scripta D. HU-
FELAND in l. suo perfaepite citato.

conf. Franc. Xav. EISELIN Dissert. inaug.
med. exhib. Balneorum usum ad curandas fe-
bres. Aeldorf. 1792. p. 25.

FLOVERUS, Anglus, Verfueb, daß kaltes
Baden gesund und nützlich sey. Bresl. 1749.

DAUTER, dissert. de usu aqu. frigid. externo
topico. Gott. 1780. et vers. in Sammlung für
Wundärzte, St. 4. p. I sq.

FERRO vom Gebrauch der kalten Bäder.
Wien, 1782. 8.

MARTEAU, P. A. theoretisch - praktische
Abhandlung über die Bäder &c. 8. Leipz. 1778.


HAHN, Ioh. Siegm., Unterricht von der
Kraft und Wirkung des frischen Wassers in die
Leiber der Menschen. Breslau, 1749.

his omnibus fusius sermonem institueret,
non est mei instituti.

§. 12.

Nocte adpropinquante fasciis leviter involvi infans debet:

- 1) ne aeris, noctu frigidioris, mutata temperies, corpusculo ac genitalibus noceat;
- 2) ne infans, cum matre forsitan aut nutritrice in uno codemque lecto cubans, subter lecti sociam reptet, et ab illa comprimendo necetur;
- 3) ut urina et faeces, nocturno tempore redditae, quam lenissimum in fasciis gradum assument frigoris, neque inde nascatur illa genitalium ac extremitatum refrigeratio, de qua supra differui;
- 4) ne matrem inquiet, neque
- 5) e lecto saliat.



THE.

THESES.

I.

Animi morbos dari nego.

II.

In febribus patridit *vinum* est egregiam medicamen-
tum,

III.

Pelvimenores in arte *obstetricia* fere nullum habent
ufum.

IV.

Nausea et *vomitus* non semper indicant vomitorium,

V.

Vena *scroti* *hominis* prima a morte illum liberare
potest.

VI.

Remedia *prophylactica* *adversus* *tuem* *venerem* *nibil*
juvant.

VII.

Diarrhoea est semper morbus symptomaticus.

VIII.

VIII.

*Horrifilalia, matutino tempore plures homines invadent,
oritur a primarum viarum subura.*

IX.

*Methodus amputandi Alansonianam melius persicunt cul-
tro magno ac leviter curvo, quam parvo et
recto.*

X.

*Operatio cataractae per extractionem illi per depre-
ssione est praferenda.*

Erlangen, Diss., 1786-1818
X 242 1358



DISSESSATIO INAVGVRALIS MEDICA
DE
NOXA
FASCIARUM INFANTUM
IMPRIMIS
QUOAD GENITALIA

QVAM
SVMMI NVMINIS AVSPICIIS
CONSENTIENTE GRATIOSO MEDICORVM
ORDINE
IN ACADEMIA REGIA FRIDERICO-ALEXANDRINA
PRO SVMMIS
IN MEDICINA HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS
RITE IMPETRANDIS
DEFENDET
AVTOR
IUSTUS HENRICUS WIGAND
REVALIA EHSTONVS

DIE APRIL. CLOCC LXXXIII

ERLANGAE
TYPIS HILPERTIANIS

1793,3
14